



Ioachimus ex honesta familia apud S. Gallenses in Heluetia natus est. Is cum prima literarū fundamenta in patria iecisset, sese studiorum amore Vuennam Austriae contulit, atq; ibidem omnis generis artes & scientias didicit, anno circiter 1510. In primis uero Poēticæ & oratoriæ incubuit, atq; Medicinæ facultatē ijs scientijs cōiunxit. id quod tum feliciora ingenia in frequenti usu habuere. Itaq; factum ut Medicinæ Doctor publice creatus fuerit. Postea animum ad scribendum appulit, & multa carmine & prosa conscripsit. inter quæ etiā Epitome trium terre partium Asiae, Africe, & Europæ extat. Inde Ioachimus cum Vuienensem Academiam plurimū sua eruditione decorasset, in Heluetiam redijt, atq; patrię inseruire proposuit, idq; eo tempore cum Lutherus in Saxonia, & Zuuin glius in Heluetia pontificis Romani errores manifestarent. Itaq; Ioachimus magna diligentia Theologiæ operam dedit, & res controversas summa indu stria inter se contulit. Cum etiam rei ueritatem cognouisset, Catholicos (quos uocant) reliquit, & Evangelicis accessit. Inde de Sacramentis opus conscri psit, & studium Medicum & Theologicum magna dexteritate coniunxit.

Ioachimus ex honesta familia apud S. Gallenses in Heluetia natus est. Is cum prima literarū fundamenta in patria iecisset, sese studiorum amore Vuennam Austriae contulit, atq; ibidem omnis generis artes & scientias didicit, anno circiter 1510. In primis uero Poēticæ & oratoriæ incubuit, atq; Medicinæ facultatē ijs scientijs cōiunxit. id quod tum feliciora ingenia in frequenti usu habuere. Itaq; factum ut Medicinæ Doctor publice creatus fuerit. Postea animum ad scribendum appulit, & multa carmine & prosa conscripsit. inter quæ etiā Epitome trium terre partium Asiae, Africe, & Europæ extat. Inde Ioachimus cum Vuienensem Academiam plurimū sua eruditione decorasset, in Heluetiam redijt, atq; patrię inseruire proposuit, idq; eo tempore cum Lutherus in Saxonia, & Zuuin glius in Heluetia pontificis Romani errores manifestarent. Itaq; Ioachimus magna diligentia Theologiæ operam dedit, & res controversas summa indu stria inter se contulit. Cum etiam rei ueritatem cognouisset, Catholicos (quos uocant) reliquit, & Evangelicis accessit. Inde de Sacramentis opus conscri psit, & studium Medicum & Theologicum magna dexteritate coniunxit.